


De ratione

SECUNDA FORNAX.




VESICAM æneam, æno pariter alembico coopertam continet, cuius rostrum, ligneum cadum, aqua frigida plenum perforat, ne spiritus in auram evaporent, sed condensentur; atque in aquam uertantur. Hoc itaque alembico (ur diximus) paratur aqua vita. Verum omnes ferè Germani Myropole nunc utuntur ad distillandas aquas ex omnibus plantis, sanè non reprobandas.

TERTIA

distillandi aquas.

TERTIA FORNAKO




ANALOGISCA DISTILLANDI AQUAS. TERTIA FORNAKO. INSTRUMENTA ET PROCESUS. 1677

**BALNEVM** est Maria, simpliciter paratum, cum uno tantum alembico. Inferius vas matula magna, oblonga ad simile est, tum aeneo caldario cooperculo ita con corporatum, ut alterum sine altero extrahi non possit. Si mul imponuntur, simul quoque auferuntur. Atque alembicum uiret esse oportet. Vbi autem aqua in caldario ex longo furore decreuerit, aperio foramine, quod cuneo concussum in caldarij operculo spectatur, alia etiam feruens infusit, donec ahenum repleatur.

QVARTA

## QVARTA FORNAX




**B**ALNEVM hoc quartuor continet alembicos uitreos, quorum uasa in balneum collocanda, & uitrea & stannea esse possunt. Quod autem in summo eminet, vapore tantum aqua inferio ris balnei, per xaneam fistulam fuscum ascendente calefactum, aquam a contentis herbis aut floribus reddit omnium optimam. Concluditur autem urinale eius flanneum in Cacabo maioris circumferentia, super fistula fabricato, rimis ubique stanneo glutino adeo occlusis, ut nihil vaporis ascendentis expirare valeat. Est itaque superius hoc instrumentum adeo simul compactum confabrefactumq;, ut unum tantum corpus uideri possit. Solus uitreus alembicus separari potest, & uicissim reponi, ubi aquas distillare opus est.

QVINTA

distillandi aquas.

QVINTA FORNAX.




BALNEVM hoc est elegantissimum, in quo vas flanneum urinali magno simile, trium palmarum longitudine fabricatum, tumidoq[ue] inferius, uentre, resideret, cuius superior pars, in qua fistula est orificium, per rotundum foramen, in medio, balneico operari o exsicsum, extra caldarium ad spithamæ altitudinem porrigitur. Huic inferius flanni usalem hic, quem vas aliud, codem metallo conflatrum, amplioris latitudinis, excipit, ad frigidam recipiendam aquam, quæ ex superiori oblongo vase, in summa columnæ parte confinato, per arcæan defluit, fistulam, frigida aqua definia, ut flanneum alembicum in medio flantem circundet ac refrigeret. Siquidem eo continue refrigerari fit quidem, ut vapores ascendentis longè elius concrecant, & in aquam uectantur. Id quod in causa est, ut copiosior et aquam recipiant artifices. Vbi autem ipsa aqua frigida paulo post à calore Alembici calciet, illico fistula in inferiori uasis Alembicum recipientis parte euacuari potest, aperto Epistomio,

# De ratione lib

mio, & alia iterum frigida denuo uas ipsum repleri. Verum ne tantum laboris in effundenda & refunda hac aqua suscipiant ministri, potest superioris uasis fistula, quod frigidam contineat, epistomio ita subinde regi & moderari, ut tantum aqua continuo in uas alembicum circundans distilleat, quantum huiusce recipientis fistula, suo epistomio moderata, continuè vacuari queat. Ut autem Balnei ipsius caldarium eadem semper aqua quantitate referuntur sit, & ne aqua que ignium ut continuo consumitur, vacuuum remaneat, arte quidem factum est, ut uas aliud columnæ inferiori parte affixum, calidissimam continudo, per inferiorem fistulam, epistomio mensuratum, in balnei caldarium effundatur aqua, que quidem suo in uase calefit eodem igne, quo ipsum calefit balneum, siquidem vacua est patetis columna, uisque ad ipsius inferioris uasis fundum.

## V L T I M A F O R N A X.



V L T I M A hac fornace utuntur Veneti, ac Neapolitani, qui uitreis alembicis abundant. In qua una tantum die, & nocte, siccо ignis calore, eliciuntur aqua ultra centum libras. Fornax rotunda

## distillandi aquas.

rotunda est, ut ex imagine hic apparet, fornacibus, quæ in Germanorum visuntur vaporarijs, omnino similis. Continerat hac circum circa, ut videre est, innumera fistilia, intrinsecus vitro incrusta-  
ta, vinalis formam referentia, & diligenti sanè artificio argillaceo luto agglutinata, quibus singulis  
per totum fornaci ambitum singuli adduntur vitrei Alembici, è quorum vertice ex globulo ad hoc  
parato, Recipientia crassiori filo adalligata, pendet. Calefit hac fornax eodem modo, quo Germano-  
rum vaporiorum fornaces. Arqui dum ignis vehemens est, vacua relinquunt vala, donec pa-  
rumpit remittat, ne violento calore plantae aut flores exurantur. Tunc itaq; plures ministri, qui hoc  
tantum artificio aluntur, obstruēto vndique fornaci ostio, ne conclusus expiret calor, herbas fistili-  
bus iniiciunt, & simul vitreos applicant Alembicos. Atq; in hunc modum copiosas elicunt aquas,  
quæ longè meliores habentur, quam quæ plumbis conficiuntur instrumentis, quod nullam metal-  
lorum contrahant infectionem.

*Les empereurs de l'Amérique.*

Il est à peine nécessaire d'expliquer la signification de ce symbole. Il n'est pas moins curieux de constater que les deux derniers empereurs de l'Amérique ont été également portés par un serpent. Le serpent est le symbole de l'empereur de l'Amérique du Sud, et il est porté par un empereur de l'Amérique du Nord. L'empereur de l'Amérique du Sud porte un serpent sur son épaule droite, et l'empereur de l'Amérique du Nord porte un serpent sur son épaule gauche. Les deux empereurs sont portés par des serpents de grande taille, et leur tête est tournée vers l'empereur de l'Amérique du Sud. Les deux empereurs sont portés par des serpents de grande taille, et leur tête est tournée vers l'empereur de l'Amérique du Sud.

